

h. 117, 34.

X 2023579

Yd  
1866

# THRENUUS,

In quo  
Maximas

## INCENDII MARTISBURGENSIS,

die 23. Mensis Augusti subito exorti, calamitates deplorat, simulque incendia alia, & quæ antiquitus ab Ernesto Brotuffio Libro 1. & 2. Chronicorum descripta, commemorat, ac suam erga Omnes & singulos cujuscunque Ordinis cum debitâ observantiâ *συμπάθειαν* declarat.

MICHAEL GSELLIUS, Pastor.

Marckranstadiensis, non ita multò antè per duplex quoque incendium subitaneum, in Ædibus tam Parochialibus quàm Civilibus propriis, die 3. Mensis Junii denuò, & tertiâ nunc quidem vice, ad rei familiaris angustias redactus,

ANNO

MDCLXXII.

In his Hexametris bis  
comprehensò,

HIC qVo RanstetI Magno non absqVe DoLore  
Ah faber! ah! ah! ah! VVLCano perDIDIt æDes!

L I P S I Æ,  
Literis WITTIGAVIANIS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

BIBLIOTHECA  
PONIGAVIANA



THEATRA

IN OBRONIA  
MARTINIS BURGENSES

...

MICHAEL GALLIUS, Pastor

...

...

...

Licentia WITTEGANGI





**R**oh pereVnt æDes IgnI MaVortIs In Vrbe,  
Vt LVX AVgVstI qVInta & bis-nona refVLget, Anno 1662.  
Mensis ab *Augusto* qui Cæsare nomine dictus! die 23, Aug.

Ascensu superans celsæ fastigia turris  
Heu miseranda meis oculis spectacula cerno!  
Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit,  
Dum verti in cineres tot splendida tecta viderem,  
*In Castris Vicum* cum flamma furentibus Austris  
Incideret, *Procerum* pretiosa palatia vastans!

In strue lignorum viridi si contigit istud,  
Quæ non sunt potiùs metuenda pericula rerum  
In strue lignorum, Solis quæ torruit æstus?  
Quid tabulis fiet, si contremuere Columnæ?  
Majorum mala sint terrorque tremorque minorum.  
Immò sint aliis damni Casûsque levamen,  
Quos fors oppressit similis durissima fati:  
Nam Commune malum cunctis solatia præbet.

Luc. 23. v. 31.

Augustin.

TertIVs Vt patVLo sVrgebat IVnIVs orb',  
FaX fVnesta fabrl pLVres heV perDIDIt æDes,  
Quæ nostras exhaustit opes hîc funditûs omnes,  
Ac ingens facta est rerum jactura mearum,  
Nudus ut exierim victu & spoliatus amictu!  
Quanquam animus meminisse horret, si talia fando  
Commemorem, largo lachrymarumq; imbre madescunt  
Ora mihi; tamen hæc ad tot discrimina rerum,  
Quæ nunc sustinuit *Romana Colonia Martis*,  
Pulveris instar erunt, & nostri obliviam damni,  
Si modò rem justâ componere lance velimus.

Incendium  
Marckran-  
stadiense A.  
1662. die 3.  
Junii.

Sic non parva brevi damna intulit Urbibus ignis  
Tempore, quæ non sunt longos reparanda per annos.  
Hoc *Altenburgum*; bis idem *Neomarchia* sensit,  
Quæ Clari *Martis* sunt bina suburbia *Castri*:

A 2

Sensit



Sensit idem duplici *Sedes Scudicia* damno,  
Nec non *Delitium*, cum conderet area messes,  
Urbs à *delitiis* antiquo nomine dicta.

Verùm *Urbs* quantum alias inter caput extulit *Urbes*  
*Mariã*, tantum etiam superant incendia vires,  
Quas alibi ferus exeruit *Vulcanus* in ædes.

A. Christi 933

Brotuff. L.

1. Chron. C.

5. fol. mihi

12. b. Cap. 15.

fol. 30, b. C.

23. fol. 49.

Ab Anno

1323. usq; ad

Annũ 1479.

Idem Libr. 2

Chronic. C.

54. fol. 99. b.

Anno 1323.

Libr. 2. Cap.

35. fol. 89.

Anno 968.

Libr. 2. Cap.

2. fol. 55.

Anno 1387.

die 23 Junii,

pridie Job.

Baptiste an-

te Nundinas

Libr. 2. Cap.

42. fol. 93, b.

Barbarus hanc quondam ferro populatur & igni  
*Hannu*, at *Heinricus Primus* cum strage repressit

Saxonicã de gente satus, Fortissimus Heros,

Qui post instaurans muris circumdedit Urbem.

Si libet *Annales Brotuffi* evolvere libros,

Intra lustra decem, centum, & sex in super annos,

Exorta in *Martis* sunt quinque incendia *Castro*,

Quæ Monumenta quidem Veterum memoranda putârunt.

Pars Urbis major *Geohardi* tempore flammis

Est exusta: ruunt *Patrum* alto à culmine tecta.

Usque ad Pontificale Sacrum, quod sanxerat olim

*Otto DEO* Templum, dat *Praesulis* ampla ruinam

*Vulcano* superante *domus*, furit æstus ad auras.

Vix septus decies & quartus fluxerat annus,

Exoritur clamor, replentur & omnia luctu!

Explosa in *Vico Gothardi* fortè fabrilis

Nam bombardã fuit, cujus glans ignibus acta

Plumbea sulphureis horrenda incendia miscet!

Quæ magis atque magis vento sufflante valescunt,

Et latè lucent in cunctis undique vicis,

Atque everterunt totam imis sedibus Urbem.

Sed *Cathedrale* manet templum, dum proxima rursus

*Praesulis* ampla *domus*, templo quæ jungitur, ardet.

Postera venales vult lux extrudere merces,

At prohibent rerum fortunarumque favillæ,

Et mutant faciem, quæ tunc miserabilis, Urbis!

Nam *Mercatorum* tantis *plebs* territa flammis,

Ac multum perpeffa mali, festinat ab Urbe

*Mavortis* revocare gradus, & mœnia linquit

Mercatiq; solum, multis quod floruit annis,

Anno 1007.

Ut videre

est apud

Brotuff. L.

2. Cap. 5.

fol. 64.

Lipfica

Lipsica post aliquod sed tandem ad mœnia tempus  
Emporii translata fuit Celeberrima sedes,  
A quâ cuncta DEus longè infortunia vertat,  
Et florere sinat postrema ad secula mundi !

Interea tredecim Sol circumvolvitur annos,  
Rursus & Antiquæ major pars ignibus Urbis  
Everfa est ! Odio veteri succensus & irâ  
Jan-Piger, infami verè cognomine dictus,  
Qui vigil & custos ad Sixti limina portæ,  
Grande duos propter nummos temerarius audet  
Accelerare nefas Civisque incendere tecta  
Aggreditur, celans atrox sub pectore crimen,  
At DEus, è celso qui desuper omnia cernit,  
Et quem non possunt mortales fallere, vindex  
Tam scelus horrendum tandem non linquit inultum,  
Sed fraudes retëgit post actos quattuor annos.  
Ipse Vir atque simul diri sibi conscia facti  
Fœmina pro meritis justas dant corpore pœnas,  
Dum comburuntur Divi extra mœnia Sixti.

Bis-quater exactis lustris cum quattuor annis,  
ECCe saCræ LVX Vt bis-septIMA LVX It In Vrbe,  
Exaltata crucis, Domino Lux illa dicata  
Tunc erat, heu nova Crux affligit acerba misellos !  
Nam Simon sceleratus homo Cognomine Thimo,  
Agger ubi structus præceps Molitoris ad undas,  
Horrea succendit Gotthardi proxima vico,  
Dimidium cujus Gysale vastatur ad annum.  
Quis damna illius noctis flammæque furorem  
Explicet aut verbis æquare pericula possit ?  
Curia Sancta ruit multos laudata per annos,  
Omnia cum gestis rebus documenta Senatûs,  
Proh dolor, in cineres abeunt tetrasque favillas !  
Plurima perque vias sternuntur tecta domorum,  
Et quæ sunt vicina foro : pars altera circum  
Uritur æquaturque solo : sed Solis ad ortum  
Alterâ quæ sita pars mansit servata per ignes.

A 3

Haud

Anno 1400.  
Libr. 2. Cap. 49  
fol. 94. b.

Anno 1444.  
Libr. 2. Cap. 51  
fol. 97. b.  
die Exaltatio-  
nis Sanctæ  
Crucis.



Haud impunè tulit deprensus criminis autor  
*Thimo*, luit pœnas & vivus lege crematur.

At *Molitor*, qui svasor erat, *Thimonis amicus*  
Tunditur ecce rotâ, radiisque inflexus, in auris  
Esca fit ex raptis rostris viventibus uncis !

Anno 1479.

Libr. 2. Cap. 54

fol. 99.

Ex quo triginta Sol quinque peregerat annos,

*Lampertiq<sub>3</sub>* diem paulò portaverat antè,

Æquantem spatium lucis cum tempore noctis,

*Huburgus*, scelere ante alios immanior omnes,

Horrea clam Patris, quamvis sit Consule natus,

Impius haud metuit subjectis urere flammis,

Ac facinus, quantum potuit, celare parabat.

Illicit ignis edax summa ad fastigia vento

Volvitur: exuperant flammæ: jam proximus ardet

*Gottbardus*: plateæ fumant ac strata viarum,

Per quæ ducuntur manibus post terga revinctis

Damnati capitis, nec non ubi vixit *Equestris*

Strenuus Ordo Virûm, qui prælia Martis inibant:

Haud minùs & quæ ducit adhuc *via Martis ad Arcem*,

*Fossa referta oleo*, ac nonnulla vicaria tecta,

Extra altos *Castri* fuerant quæ dissipta muros.

Bis-quater elapsis Genitor tunc Iple diebus

Horrea in alterius Civis quoque subjicit ignem,

Multa malus simulans, sed spe delusus inani.

Nam dum vult alio factum occultare nefandum,

Atque suis latebras & Nati quærere technis,

Ecce DEus cœcum Vindex scelus omne revelat,

Ut meritas uno persolvant tempore pœnas

Filius atque Parens, ob dicta incendia quorum

Corpora sunt alto combusta *in Culmine Claustris* !

Diruta tunc eadem sanè *Viaregia Castri*

Jam conflagravit, verùm discrimine magno.

Tunc parvis steterant habitata mapalia tectis:

Jam verò Procerum periêre Palatia, sumptu

Splendida, quæ fuerant saxi constructa quadratis,

Et pretio quæ marmoreis æquanda lapillis !

Magna

Magna fuit rerum quondam jactura: sed eheu  
 Uni jam multò Procerum majora dederunt  
 Damna, Viris dederant flammæ quàm pluribus olim!  
 Heu Cives, Cives! heu Lumina Clara Lycæi,  
 Pubis & Illustris morum Formator in Arce!  
 Heu Soceri *pergens* ædes implere querelis!  
 Ordinis heu Veneranda Sacri, jam Myſta tot annos,  
 Canities! Eheu Secreta Volumina rerum  
 Qui custoditis, queis Codicis omnis in anno  
 Accepti expenſique gravis concredita cura!  
 Heu Magni Proceres, quos fors adverſa fatigat,  
 Conſiliis quorum Celſi ſtat principis Aula,  
 Totiusque ſalus Regionis, & Urbis & Agri!  
 Nemo hîc excipitur, ſævus quem perdidit ignis!  
 Quo res veſtra loco? quâ nunc habitatis in Urbe?  
 Heu pretioſa jacent conſumpta palatia flammis!  
 O Caput Excellens, quid Te tot ſumptibus auçta  
 Bibliotheca juvat, qualem Germania tota  
 Vix habet Ipfâ parem, non inſtauranda per æris  
 Ingentes cumulos? O Lamentabile fatum!  
 Quid Tibi nunc animi, Patriæ Pater, Optime Princeps,  
 Tot loca vaſta videns, ac tot lamenta Tuorum  
 Percipiens? imo ſuſpiria pectore ducis!  
 O DEus! hic pietatis honos? hæc meta laborum?  
 Tot caſûs Urbis, tanta & discrimina rerum,  
 Exuſtasque domos, rapuit quas improbus ignis,  
 Deplorate Sacri mecum nunc Ordinis Omnes!  
 Flectite Supremi precibus Sacra Numina Patris!  
 Ah tantas reparare DEus dignare ruinas,  
 Atque averte iram, quam nos meruiſſe fatemur!  
 Omne malum depelle procul *Mavortis ab Urbe!*  
 Omne malum depelle procul *Mavortis ab Agris!*  
 Omne malum longè depelle à *Principis oris!*  
 Ah noſtri miſerere DEus, vultuque benigno

Re-

270. 1806  
A

Respice nos! duplici, quæ sunt bona perdita flammis,  
Fœnore redde Pater, sed tandem habitacula cœli,  
In quibus est mansura domus, peritura nec igni!  
Interea Verbi tristes solamine mentes  
Erige, sustineant ut forti pectore molem,  
Dum cunctis iterum surgat post nubila Phœbus,

*Ad Reverendum Dn. Auctorem.*

**Q**uam vellem nullos, GSELLI, te scribere threnos,  
Abnuere & precibus me potuisse tuis!  
Stares salva tuis tectis, urbs MARTIA, versu  
Nec velles nostro flebiliore cani.  
Nunc quoniam miseram pietas est flere, dolenti  
Aggemo, & huic threno threnum etiam addo meum.  
Sis Romæ similis, flammisque his pulchrior olim  
Surgas, ut rediit MARTIA prisca suis.

FRID. RAPPOLT, POES. PROF. PUBL.  
*in Academia Lipsiensi.*

F I N I S.



1707

1806





h. 119, 34.

X 20235

# THRENU

In quo  
Maximas

# INCEN

# MARTISBURGE

die 23. Mensis Augusti subito exorti,  
plorat, simulque incendia alia, & quae  
Ernesto Brotuffio Libro 1. & 2. Chronica  
commemoratur, ac suam erga Omnes & singulo-  
rum civitatis cum debita observantia sumptu-  
sè clarat.

## MICHAEL GSELLIUS

Marckranstadiensis, non ita multo ante  
quoque incendium subitaneum, in Aedibus  
libus quam Civilibus propriis, die 3. Mensis Junii  
nunc quidem vice, ad rei familiaris  
redactus,

ANNO

MDCLXXII.

In his Hexametris bis  
comprehensio,

HIC quoque Ranstetl Magno non absque  
Ah faber! ah! ah! ah! VVLcano perD.

L I P S I Æ,  
Literis WITTIGAVIAN

